e-codices

Potiuſq̄ illic ubi minime honeſtum eſt mendicantem uiuere
Aeg. Ego uirtute deū & maiorum noſtrum diueſ ſum ſatis
Non ego omnino lucrum omne eſſe utile homini exiſtumo
Scio ego multoſ iam lucrum luculentoſ homineſ reddidit
Eſt ēt ubi profecto damnum preſtet facere q̄ lucrum
Odi ego aurum. multa multiſ ſępe ſuaſit perperam
Nunc hoc animum aduorte ut ea quę ſentio pariter ſciaſ
Filiuſ meus illic apud uoſ ſeruit captuſ alide
Eum ſi reddiſ mihi preterea unum numū ne duis
Et te & hunc amittam hinc alio pacto abire non poteſ
Tin. Optumum atque equiſſumum oraſ optumuſq; hominū es homo
Aeg. Sed iſ priuatam ſeruitutem ſeruit illic an publicam
Tin. Priuatam medici menarchi. Aeg. pol hic quidem huiuſ eſt clienſ
Tin. Tam hoc quidem tibi in procliui q̄ imber eſt q̄do pluit
Aeg. Faciſ homo ut redimatur. Tin. faciam ſ3 id te oro ego
Aeg. Quid uiſ dum ab re nequid oreſ faciam. Tin. auſculta tu ſies
Ego me amitti donicum ille huc redierit non poſtulo
Uerum te queſo ut extumatum hunc mihi deſ quē mittā ad prēm
Utiſ homo redimatur illic. Aeg. immo alium potiuſ miſero
Hinc ubi erunt indutię illic tuum q conueniat prēm
Qui tua quae iuſſeriſ mandata ita ut veliſ perferat
Tin. At nihil eſt ignotum ad illum mittere operam luſeriſ
Hunc mitte hic omne tranſactum reddet ſi illuc uenerit
Nec quenq̄ fideliorem neq; cui pluſ credaſ poteſ
Mittere ad eum. nec qui magiſ ſit ſeruuſ ex ſententia
Neque adeo cui tuum eſt credat filium hodie audaciuſ
Ne uereare meo periculo. huiuſ ego experiar fidem fretus
Ingenio eiuſ. quod me eſſe ſcit erga ſe ſe beniuolum
Aeg. Mittam equidem iſtum extumatū tua fide ſi uiſ Tin. uolo
Quam citiſſime pot tam hoc cedere ad factum uolo
Aeg. Nunq̄ cauſa eſt quin ſi ille huc non redeat uiginti minas
Mihi deſ pro illo. Tin. optume immo. Aeg. ſoluite iſtū nc iam
Atque utrūq;. Tin. Dij tibi omneſ omnia optata ferant
Quom me tanto honore honeſtas quomq; ex uinculiſ eximis
Hoc quidem haud moleſtum ē iam quod colluſ collaria caret
Quod boniſ benefit beneficium gratia ea grauida ē boniſ

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%2046v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%2046v)